Sed omnipotens quomodo es, si omnia non potes? Aut si non potes corrumpi, nec mentiri, nec facere verum esse falsum, aut quod factum est non esse factum, et plura similiter, quomodo potes omnia? An hoc posse non est potentia, sed impotentia? Nam qui hæc potest, quod sibi non expedit et quod non debet potest; quæ quanto magis potest, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum, et ipse minus contra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia. Non enim ideo dicitur posse, quia ipse possit, sed quia impotentia sua facit aliud in se posse; sive aliquo alio genere loquendi, sicut multa impropre dicuntur, ut cum ponimus esse pro non esse, et facere pro eo quod est non facere, aut pro nihil facere. Nam sæpe dicimus ei qui rem aliquam esse negat sic est, quemadmodum dicis esse, cum magis proprie videatur dici: sic non est, quemadmodum dicis non esse. Item dicimus: iste sedet sicut ille facit, aut: iste quiescit sicut ille facit, cum sedere sit quiddam non facere, et quiescere sit nihil facere. Sic itaque cum quis dicitur habere potentiam faciendi aut patiendi quod sibi non expedit aut quod non debet, impotentia intelligitur per potentiam, quia quo plus habet hanc potentiam, eo adversitas et perversitas in illum sunt potentiores, et ille contra eas impotentior.

Ergo, Domine Deus, inde verius es omnipotens, quia nihil potes per potentiam, et nihil potest contra te.

## CAPÍTULO VII

*Cómo es omnipotente, aunque no pueda muchas cosas.*

Pero ¿cómo eres omnipotente, si todo no puedes? O si no puedes ser corrompido, ni mentir, ni hacer que lo verdadero sea falso o que no esté hecho lo que se ha hecho, y otras cosas semejantes ¿cómo puedes todas las cosas? ¿O quizás poder todo esto no es potencia, sino impotencia? Pues el que puede estas cosas puede lo que no le aprovecha y lo que no debe; y cuanto más puede hacerlas, tanto más la adversidad y la perversidad pueden contra él y tanto menos puede él contra ellas. Por consiguiente, quien de esta manera puede, no puede por potencia, sino por impotencia. Pues que, en efecto, no se dice que puede porque él por sí mismo pueda, sino porque su impotencia hace que una cosa distinta pueda sobre él; o por alguna otra manera de hablar, así como se dicen muchas cosas de modo impropio, como cuando ponemos ser por no ser, y hacer por lo que significa no hacer o no hacer nada. Pues a menudo decimos a quien niega que alguna cosa sea: “así es, como tú dices que es”, aunque parece más propio decir: “así no es, como tú dices que no es”. También decimos: “éste está sentado como lo hace aquél”, o: “éste reposa, como lo hace aquél”, aunque estar sentado sea un modo de no hacer y reposar sea no hacer nada. Y así por lo tanto, cuando se dice que alguien tiene potencia de hacer o de soportar lo que no le conviene o lo que no debe, se entiende impotencia por potencia, porque cuanto más tiene esta potencia, tanto más pueden contra él la adversidad y la perversidad y tanto más impotente contra ellas es él.

Por consiguiente, Señor Dios, eres más verdaderamente omnipotente por eso, porque nada puedes por impotencia y nada puede contra ti.

## CAPUT VIII

*Quomodo sit misericors et impassibilis.*

Sed et misericors simul et impassibilis quomodo es? Nam si es impassibilis, non compateris; si non compateris, non est tibi miserum cor ex compassione miseri, quod est esse misericordem. At si non es misericors, unde miseris est tanta consolatio? Quomodo ergo es et non es misericors, Domine, nisi quia es misericors secundum nos et non es secundum te? Es quippe secundum nostrum sensum, et non es secundum tuum. Etenim, cum tu respicis nos miseros, nos sentimus misericordis effectum, tu non sentis affectum. Et misericors es igitur, quia miseros salvas et peccatoribus tuis parcis et misericors non es, quia nulla miseriae compunctione afficeris.

## CAPÍTULO VIII

### *Cómo es misericordioso e impasible.*

¡Pero cómo eres misericordioso e impasible a la vez! Pues si eres impasible, no te compadeces; si no te compadeces, tu corazón no padece aflicción por compasión del desdichado, lo que es ser misericordioso. Pero si no eres misericordioso, ¿de dónde viene tan gran consuelo para los desdichados? ¡Cómo, pues, eres y no eres misericordioso, Señor, a no ser porque eres misericordioso con relación a nosotros, y no lo eres con relación a ti mismo! Como que lo eres según nuestro sentido y no lo eres según el tuyo. En efecto, cuando tú nos miras, a nosotros que somos desdichados, sentimos el efecto del misericordioso, tú no sientes el afecto. Y por lo tanto eres misericordioso porque salvas a los desdichados y perdonas a tus pecadores, y no eres misericordioso porque ninguna compasión de la miseria te aflige.

## CAPUT IX

*Quomodo totus justus et summe justus parcat malis,  
et quod juste misereatur malis.*

Verum malis quomodo parcis, si es totus justus et summe justus? Quomodo enim totus justus et summe justus facis aliquid non justum? Aut quæ justitia est merenti mortem aeternam dare vitam sempiternam? Unde ergo, bone Deus, bone bonis et malis, unde tibi salvare malos, si hoc non est justum, et tu non facis aliquid non justum? An quia bonitas tua est incomprehensibilis latet hoc in luce inaccessibili quam inhabitas? Vere in altissimo et secretissimo bonitatis tuæ latet fons unde manat fluvius misericordiæ tuæ. Nam cum totus et summe justus sis, tamen idcirco etiam malis benignus es, quia totus summe bonus es. Minus namque bonus esses, si nulli malo esses benignus. Melior est enim qui et bonis et malis bonus est, quam qui bonis tantum est bonus; et melior est qui malis et puniendo et parcendo est bonus, quam qui puniendo tantum. Ideo ergo misericors es, quia totus et summe bonus es.

Et cum forsitan videatur cur bonis bona et malis mala retribuas, illud certe penitus est mirandum, cur tu, totus et summe justus et nullo egens, malis et reis tuis bona retribuas. O altitudo bonitatis tuæ, Deus! et videtur unde sis misericors, et non pervidetur. Cernitur unde flumen manat, et non perspicitur fons unde nascatur. Nam et de plenitudine bonitatis est, quia peccatoribus tuis pius es, et in altitudine bonitatis latet, qua ratione hoc es. Etenim licet bonis bona et malis mala ex bonitate retribuas, ratio

## CAPÍTULO IX

*Cómo el enteramente justo y sumamente justo perdona a los malos y que justamente de los malos tiene piedad.*

¶ Pero cómo perdonas a los malos si eres enteramente justo y sumamente justo? ¶ Cómo, en efecto, enteramente justo y sumamente justo haces algo no justo? ¶ O qué justicia es dar la vida sempiterna a quien merece la muerte eterna? ¶ De dónde, entonces, buen Dios, bueno para los buenos y los malos, de dónde te viene el salvar a los malos, si esto no es justo y tú no haces nada no justo? ¶ O acaso porque tu bondad es incomprensible permanece esto oculto en la luz inaccesible que tú habitas? En verdad en lo más profundo y en lo más secreto de tu bondad está escondida la fuente de donde mana el río de tu misericordia. Pues aunque eres enteramente y sumamente justo, eres sin embargo, por eso mismo, también benévolos con respecto a los malos, porque eres enteramente y sumamente bueno. Pues, en efecto, menos bueno serías si no fueras benévolos con respecto a ningún malo. Porque quien es bueno para los buenos y para los malos, es mejor que quien tan sólo para los buenos es bueno; y quien es bueno para los malos castigándolos y perdonándolos es mejor que quien tan sólo lo es castigando. Por ello, pues, eres misericordioso, porque eres enteramente y sumamente bueno.

Y si acaso pareciera que retribuyes con bienes a los buenos y con males a los males, en verdad debe admirarse profundamente el que tú, enteramente y sumamente justo y que de nadie precisas, retribuyas con bienes a tus malos y a tus culpables. ¡Oh excelsitud de tu bondad, Dios!, por una parte se ve de dónde proviene tu misericordia, y por otra parte no se alcanza a ver claramente. Se ve de dónde mana el río, y no se discierne perfectamente la fuente de dónde nace. Pues viene de la plenitud de tu bondad el que seas piadoso

tamen justitiæ hoc postulare videtur. Cum vero malis bona retribuis, et scitur quia summe bonus hoc facere voluit, et mirum est cur summe justus hoc velle potuit. O misericordia, de qua opulenta dulcedine et dulci opulentia nobis profluis! O immensitas bonitatis Dei, quo affectu amanda es peccatoribus! Justos enim salvas justitia comitante, injustos vero liberas justitia damnante; illos meritis adjuvantibus, istos meritis repugnantibus; illos bona quæ dediti cognoscendo, istos mala quæ odisti ignoscendo. O imensa bonitas, quæ sic omnem intellectum excedis, veniat super me misericordia illa, quæ de tanta opulentia tui procedit; influat in me, quæ profluit de te; parce per clemenciam, ne ulciscaris per justitiam. Nam etsi difficile sit intelligere, quomodo misericordia tua non absit a tua justitia, necessarium tamen est credere, quia nequaquam adversatur justitiæ, quod exundat a bonitate quæ nulla est sine justitia, immo vere concordat justitiæ. Nempe si misericors es quia es summe bonus, et summe bonus non es nisi quia es summe justus, vere idcirco es misericors quia summe justus es. Adjuva me, juste et misericors Deus, cuius lucem quæro, adjuva me ut intelligam quod dico.

Vere ergo ideo misericors es quia justus. Ergone misericordia tua nascitur ex justitia tua? Ergone parcis malis ex justitia? Si sic est, Domine, si sic est, doce me quomodo est? An quia justum est te sic esse bonum, ut nequeas intelligi melior, et sic potenter operari, ut non possis cogitari potentius. Quid enim hoc justius? Hoc utique non fieret, si esses bonus tantum retribuendo et non parcendo, et si faceres de non bonis tantum bonos, et non etiam de malis. Hoc itaque modo justum est, ut parcas malis et ut facias bonos de malis.

Denique, quod non juste fit non debet fieri, et quod

para tus pecadores, y la razón por la cual esto eres está escondida en la profundidad de tu bondad. Pues si bien retribuyes con bienes a los buenos y males a los malos de resultas de tu bondad, con todo, una razón de justicia parece pedir esto. Pero cuando retribuyes con bienes a los malos, por un lado se sabe que el sumamente bueno quiso hacer esto, y por otro lado es cosa de admirar que el sumamente justo pudiera querer esto. ¡Oh misericordia, de qué opulenta dulzura y de qué dulce opulencia fluyes a nosotros! ¡Oh inmensidad de la bondad de Dios, con qué afecto debes ser amada por los pecadores! Pues que a los justos salvas acompañándolos la justicia, y a los injustos liberas condenándolos ella; a aquéllos con la ayuda de sus méritos, a éstos aunque no lo merezcan; a aquéllos, conociendo los bienes que les diste, a éstos, perdonando los males que odias. ¡Oh inmensa bondad que a tal punto excedes todo entendimiento, haz que me sobrevenga esa misericordia que de tu tan grande opulencia procede; que se derrame en mí la que de ti fluye; perdona por clemencia, para que no castigues por justicia. Pues si bien es difícil entender cómo tu misericordia no se contradice con tu justicia, sin embargo es necesario creerlo porque de ningún modo se opone a la justicia lo que emana de la verdad, que no existe sin justicia, antes bien, con ella concuerda. Por lo tanto, si eres misericordioso porque eres sumamente bueno y no eres sumamente bueno a no ser porque eres sumamente justo, por esto en verdad eres misericordioso, porque eres sumamente justo. Ayúdame, Dios justo y misericordioso, cuya luz busco, ayúdame a entender lo que digo.

Luego, tú eres con verdad misericordioso, porque eres justo. ¿Tu misericordia nace por consiguiente de tu justicia? ¿Perdonas por lo tanto a los malos por justicia? Si así es, Señor, si así es, enséñame cómo es. Acaso porque es justo que tú seas a tal punto bueno que no se pueda concebirte mejor y a tal punto obres poderosamente que no se pueda concebirte más poderoso. ¿Qué hay en efecto más justo? Esto ciertamente no acontecería si fueras bueno sólo retribuyendo y no perdonando, y si sólo hicieras a los buenos de los no buenos y no también de los malos. Y así es justo

non debet fieri injuste fit. Si ergo non juste malis misereris, non debes misereri; et si non debes misereri, injuste misereris. Quod si nefas est dicere, fas est credere te juste misereri malis.

que perdonas a los malos y que de los malos hagas buenos.

Finalmente, lo que no se hace justamente no debe hacerse y lo que no debe hacerse, se hace injustamente. Luego, si de un modo no justo te compadeces de los malos, no debes compadecerse; y si no debes compadecerse, injustamente te compadeces. Si no se puede decir esto, hay que creer que justamente te compadeces de los malos.

## CAPUT X

*Quomodo juste puniat et juste parcat malis.*

Sed et justum est ut malos punias, quid namque justius quam ut boni bona et mali mala recipiant? Quomodo ergo et justum est ut malos punias, et justum est ut malis parcias? An alio modo juste punis malos, et alio modo juste parcis malis? Cum enim punis malos, justum est, quia illorum meritis convenit; cum vero parcis malis, justum est, non quia illorum meritis, sed quia bonitati tuæ condecens est. Nam parcendo malis, ita justus es secundum te et non secundum nos, sicut misericors es secundum nos et non secundum te; quoniam salvando nos, quos juste perderes, sicut misericors es, non quia tu sentias affectum, sed quia nos sentimus effectum, ita justus es, non quia nobis reddas debitum, sed quia facis quod decet te summe bonum. Sic itaque sine repugnantia juste punis et juste parcis.

## CAPÍTULO X

*Cómo castiga justamente y justamente perdona a los malos.*

Pero también es justo que castigues a los malos, pues ¿qué cosa más justa que los buenos reciban bienes y los malos, males? Pues cómo es justo entonces que castigues a los malos y es justo que perdonas a los malos? ¿Acaso de un modo castigas justamente a los buenos y de otro modo los perdonas justamente? En efecto, cuando castigas a los malos es justo, porque corresponde a lo que ellos merecen; pero cuando perdonas a los malos es justo, no porque sea conforme a los merecimientos de ellos, sino porque lo es a tu bondad. Pues perdonando a los malos eres justo según tú mismo y no según nosotros, así como eres misericordioso según nosotros y no según tú. Porque así como eres misericordioso salvándonos a nosotros, a quienes con justicia podrías perder, no porque tú sientas afecto, sino porque nosotros sentimos el efecto, del mismo modo eres justo, no porque cumplas con un deber hacia nosotros, sino porque haces lo que te conviene a ti, sumo bien. Y así, pues, sin ninguna contradicción justamente castigas y justamente perdonas.

## CAPUT XI

*Quomodo universæ viæ Domini misericordia et veritas, et tamen justus Dominus in omnibus viis suis.*

Sed numquid etiam non est justum secundum te, Domine, ut malos punias? Justum quippe est te sic esse justum, ut justior nequeas cogitari. Quod nequaquam esses, si tantum bonis bona, et non malis mala redderes. Justior enim est qui et bonis et malis quam qui bonis tantum merita retribuit. Justum igitur est secundum te, juste et benigne Deus, et cum punis et cum parcis.

Vere igitur universæ viæ Domini misericordia et veritas, et tamen justus Dominus in omnibus viis suis. Et utique sine repugnantia, quia quos vis punire, non est justum salvari, et quibus vis parcere, non est justum damnari. Nam id solum justum est quod vis, et non justum quod non vis.

Sic ergo nascitur de justitia tua misericordia tua, quia justum est te sic esse bonum, ut et parcendo sis bonus. Et hoc est forsitan, cur summe justus potest velle bona malis.

Sed si utcumque capi potest cur malos potes velle salvare, illud certe nulla ratione comprehendendi potest, cur de similibus malis hos magis salves quam illos per summam bonitatem, et illos magis damnes quam istos per summam justitiam.

Sic ergo vere es sensibilis, omnipotens, misericors et impassibilis, quemadmodum vivens, sapiens, bonus, beatus, æternus, et quidquid melius est esse quam non esse.

## CAPÍTULO XI

*Cómo todas las vías del Señor son misericordia y verdad,  
y sin embargo el Señor es justo en todas sus vías.*

¿Pero acaso no es justo también, según tú mismo, Señor, que castigues a los malos? Pues en verdad es justo que tú seas a tal punto justo que no puedas ser concebido más justo. Lo cual de ninguna manera serías si tan sólo bienes a los buenos y no males a los malos retribuyeras. En efecto, quien retribuye a los buenos y a los malos es más justo que quien tan sólo retribuye los méritos de los buenos. Por lo tanto es justo según tú, justo y benévolos Dios, tanto cuando castigas como cuando perdonas.

Luego con verdad *todas las vías del Señor son misericordia y verdad* <sup>(1)</sup>, y con todo, *justo es el Señor en todas sus vías* <sup>(2)</sup>. Y por cierto sin contradicción porque no es justo que se salven aquéllos que quieras castigar, y no es justo que se condensen los que quieras perdonar. Pues tan sólo es justo lo que tú quieras y no es justo lo que no quieras.

Y así pues tu misericordia nace de tu justicia, porque es justo que tú seas bueno de modo tal que también lo seas perdonando. Y ésta es quizás la razón de por qué el sumamente justo puede querer bienes para los malos.

Pero si como quiera es posible entender que puedes querer salvar a los malos, no puede comprenderse de ningún modo por qué entre los igualmente malos salves por tu suprema bondad preferiblemente a éstos que a aquéllos, y condenes por tu suprema justicia a aquéllos antes que a éstos.

Así pues eres en verdad sensible, omnipotente, misericordioso e impasible, del mismo modo que viviente, sabio, bueno, feliz, eterno y todo cuanto es mejor ser que no ser.

(1) *Salmo, XXIV, 10*

(2) *Salmo, CXLIV, 17.*

## CAPUT XII

*Quod Deus sit ipsa vita qua vivit, et sic de similibus.*

Sed certe quidquid es, non per aliud es quam per te ipsum.  
Tu es igitur ipsa vita qua vivis, et sapientia qua sapis, et  
bonitas ipsa qua bonis et malis bonus es, et ita de similibus.

## CAPITULO XII

*Que Dios es la vida misma por la que vive, y así semejantemente.*

Pero en verdad cualquier cosa que eres, no por otro sino por ti mismo lo eres. Tú eres pues la vida misma por la que vives y la sabiduría por la que sabes y la bondad misma por la que para buenos y malos eres bueno, y así semejantemente.

## CAPUT XIII

*Quomodo solus sit incircumscriptus et æternus, cum alii spiritus sint incircumscripti et æterni.*

Sed omne quod clauditur aliquatenus loco aut tempore minus est quam quod nulla lex loci aut temporis coercet. Quoniam ergo majus te nihil est, nullus locus aut tempus te cohibet, sed ubique et semper es. Quod quia de te solo dici potest, tu solus incircumscriptus es et æternus. Quomodo igitur dicuntur et alii spiritus incircumscripti et æterni? Et quidem solus es æternus, quia solus omnium, sicut non desinis, sic non incipis esse. Sed solus quomodo es incircumscriptus? An creatus spiritus ad te collatus est circumscriptus, ad corpus vero incircunscriptus? Nempe omnino circumscriptum est quod, cum alicubi totum est, non potest simul esse alibi; quod de solis corporeis cernitur. Incircumscriptus vero, quod simul est ubique totum; quod de te solo intelligitur. Circumscriptum autem simul et incircumscriptum est quod, cum alicubi sit totum, potest simul esse totum alibi, non tamen ubique; quod de creatis spiritibus cognoscitur. Si enim non esset anima tota in singulis membris sui corporis, non sentiret tota in singulis. Tu ergo, Domine, singulariter es inscircumscriptus et æternus, et tamen et alii spiritus sunt incircumscripti et æterni.

## CAPÍTULO XIII

*Cómo es El solo incircunscripto y eterno, aunque los otros espíritus sean incircunscriptos y eternos.*

Pero todo lo que de algún modo puede ser encerrado en lugar o tiempo es menor que lo que ninguna ley de lugar o tiempo somete. Puesto que nada es mayor que tú, ningún lugar o tiempo te cohíbe, sino que en todas partes y siempre estás. Y como de ti sólo puede decirse esto, tú sólo eres incircunscripto y eterno. ¿Cómo pues también los otros espíritus son considerados incircunscriptos y eternos? Pues en verdad tú sólo eres eterno porque el único entre todos no terminas, así como no comienzas a ser. ¿Pero cómo eres el solo incircunscripto? ¿Acaso será que comparado contigo el espíritu creado es circunscripto, pero en comparación del cuerpo es incircunscripto? Pues es por completo circunscripto lo que cuando está enteramente en algún lugar no puede estar al mismo tiempo en otra parte; cosa que tratándose de las solas criaturas corporales es evidente. Y por otra parte, es incircunscripto aquello que puede estar todo entero en todos los lugares a la vez; lo que de ti sólo entendemos. Es circunscripto e incircunscripto a la vez lo que, bien que esté todo entero en algún lugar, puede estar a la vez todo entero en otra parte, pero no sin embargo en todas partes; lo que es propio de los espíritus creados. En efecto, si el alma toda entera no estuviera en cada uno de los miembros de su cuerpo, no sentiría toda entera en cada uno de ellos. Luego, pues, tú, Señor, eres el único incircunscripto y eterno, y sin embargo también los otros espíritus son incircunscriptos y eternos.

## CAPUT XIV

*Quomodo et cur videtur et non videtur Deus a  
quærentibus eum.*

An invenisti, anima mea, quod quærebas? Quærebas Deum, et invenisti eum esse quiddam summum omnium quo nihil melius cogitari potest, et hoc esse ipsam vitam, lucem, sapientiam, bonitatem, æternam beatitudinem et beatam æternitatem, et hoc esse ubique et semper. Nam si non invenisti Deum tuum, quomodo est ille hoc quod invenisti, et quod illum tam certa veritate et vera certitudine intellexisti? Si vero invenisti, quid est quod non sentis quod invenisti? Cur non te sentit, Domine Deus, anima mea, si invenit te? An non invenit quem invenit esse lucem et veritatem? Quomodo namque intellexit hoc, nisi videndo lucem et veritatem? Aut potuit omnino aliquid intelligere de te, nisi per lucem tuam et veritatem tuam? Si ergo vidi lucem et veritatem, vidi te; si non vidi te, non vidi lucem nec veritatem. An et veritas et lux est quod vidi, et tamen nondum te vidi, quia vidi te aliquatenus, et non vidi te sicuti es?

Domine Deus meus, formator et reformator meus, dic desideranti animæ meæ quid aliud es quam quod vidi, ut pure videat quod desiderat. Intendit se ut plus videat, et nihil videt ultra hoc quod vidi nisi tenebras; imo non videt tenebras, quæ nullæ sunt in te, sed videt se non plus posse videre propter tenebras suas.

Cur hoc, Domine, cur hoc? Tenebratur oculus ejus infirmitate sua, aut reverberatur fulgore tuo? Sed certe et tenebratur in se et reverberatur a te. Utique et obscuratur sua brevitate, et obruitur tua immensitate. Vere et contrahitur

## CAPÍTULO XIV

*De qué modo y por qué Dios es visto y no es visto por quienes lo buscan.*

¡Y has encontrado, alma mía, lo que buscabas? Buscabas a Dios y has encontrado que él es cierta cosa, la más alta de todas, y que nada mejor puede concebirse, que es la vida misma, la luz, la sabiduría, la bondad, la beatitud eterna y la eternidad dichosa y que Él está en todas partes y siempre. Pues si no encontraste a tu Dios ¿quién es éste que encontraste, que con tan cierta verdad y verdadera certidumbre entiendes que es Él? Pero si lo encontraste ¿qué pasa que no sientes lo que has encontrado? ¿Por qué, Señor Dios, mi alma no te siente si te ha encontrado? ¿Acaso no encontró a quien encontró que es la luz y la verdad? ¡Pues cómo entendió esto a no ser viendo la luz y la verdad? ¿O acaso pudo entender absolutamente algo de ti a no ser por tu luz y tu verdad? Pero si vió la luz y la verdad, te vió a ti; si no te vió, no vió la luz ni la verdad. ¡O la verdad y la luz es lo que vió y sin embargo aún no te vió porque te vió un tanto y no te vió tal cual eres!

Señor Dios mío, mi hacedor y mi restaurador, dí a mi alma anhelante qué otra cosa además de lo que vió eres tú, para que vea puramente lo que desea. Se esfuerza para ver más, y nada ve más allá de lo que vió sino tinieblas; antes bien, no ve tinieblas, que en ti no las hay, pero ve que ella no puede ver más a causa de sus propias tinieblas. ¡Por qué esto, Señor, por qué esto? Su ojo está oscurecido por la propia debilidad, o está cegado por tu fulgor. Pero ciertamente, por una parte está oscurecido en sí, y por otra parte está cegado por ti. Su brevedad en efecto la obscurece y tu inmensidad la agobia. Su estrechez la contrae y tu amplitud la vence. ¡Pues cuán grande es esa luz de la cual resplandece todo lo verdadero que luce para el alma racional! ¡Qué amplia es esa verdad en la cual reside todo lo que es verdadero y fuera de la cual no hay sino la nada

angustia sua, et vincitur amplitudine tua. Quanta namque est lux illa, de qua micat omne verum, quod rationali menti lucet! Quam ampla est illa veritas, in qua est omne quod verum est, et extra quam non nisi nihil et falsum est! Quam immensa est, quæ uno intuitu videt quæcumque facta sunt, et a quo, et per quem, et quomodo de nihilo facta sunt! Quid puritatis, quid simplicitatis, quid certitudinis et splendoris ibi est! Certe, plus quam a creatura valeat intelligi.

y lo falso! ¡Qué inmensa es la que con una sola mirada ve todas las cosas que han sido creadas y, por quién y por medio de quién y cómo de la nada han sido hechas! ¡Qué de pureza, qué de simplicidad, qué de certidumbre y de esplendor hay allí! Ciertamente más de lo que la criatura alcanza a entender.

## CAPUT XV

*Quod major sit quam cogitari possit.*

Ergo, Domine, non solum es quo majus cogitari nequit, sed es quiddam majus quam cogitari possit. Quoniam namque valet cogitari esse aliquid hujusmodi, si tu non es hoc ipsum, potest cogitari aliquid majus te; quod fieri nequit.

## CAPITULO XV

*Que es mayor de lo que puede pensarse.*

Por consiguiente, Señor, no sólo eres tal que nada mayor puede pensarse, sino que eres mayor de lo que puede pensarse. Pues ya que puede pensarse que hay algo así, si no eres tú esto mismo, podría pensarse algo más grande que tú; lo que no puede hacerse.

## CAPUT XVI

*Quod hæc sit lux inaccessibilis quam inhabitat.*

Vere, Domine, hæc es lux inaccessibilis, in quia habitas; vere enim non est aliud quod hanc penetret, ut ibi te per videat. Vere ideo hanc non video, quia nimia mihi est; et tamen quidquid video, per illam video; sicut infirmus oculus, quod videt, per lucem solis videt, quam in ipso sole nequit aspicere. Non potest intellectus meus ad illam; nimis fulget, non capit illam, nec suffert oculus animæ meæ diu intendere in illam. Reverberatur fulgore, vincitur amplitudine, obruitur immensitate, confunditur capacitate. O summa et inaccessibilis lux! O tota et beata veritas, quam longe es a me, qui tam prope tibi sum! Quam remota es a conspectu meo, qui sic præsens sum conspectui tuo! Ubique es tota præsens et non te video. In te moveor et in te sum, et ad te non possum accedere. Intra me et circa me es, et non te siento.

## CAPÍTULO XVI

*Que ésta es la luz inaccesible que habitas.*

En verdad, Señor, ésta es la luz inaccesible que habitas; pues en efecto no hay otra cosa que la penetre para verte ahí del todo. Por eso yo no la veo, porque es excesiva para mí; y sin embargo cuanto veo, por ella lo veo; así como el ojo endebil ve lo que ve gracias a la luz del sol que en el propio sol no puede contemplar. Mi inteligencia no puede llegar a ella; resplandece excesivamente, no puede alcanzarla y el ojo de mi alma no soporta aplicarse a ella largo tiempo. Es deslumbrado por el fulgor, vencido por la amplitud, agobiado por la inmensidad, confundido por la grandeza. ¡Oh luz suprema e inaccesible! ¡Oh verdad entera y dichosa, qué lejos estás de mí, que tan cercano estoy de ti! ¡Qué remota estás de mi mirada, en tanto yo me encuentro tan a la vista de ti! Estás presente toda entera en todas partes, y no te veo. Hacia ti me muevo y en ti estoy, y a ti no puedo llegar. Dentro de mí y a mi alrededor estás, y no te siento.

## CAPUT XVII

*Quod in Deo sit harmonia, odor, sapor, lenitas, pulchritudo,  
suo ineffabili modo.*

Adhuc lates, Domine, animam meam in luce et beatitudine tua, et idcirco versatur illa adhuc in tenebris et miseria sua. Circumspicit enim, et non videt pulchritudinem tuam. Auscultat, et non audit harmoniam tuam. Olfacit, et non percipit odorem tuum. Gustat, et non cognoscit saporem tuum. Palpat, et non sentit lenitatem tuam. Habes enim haec, Domine Deus, in te tuo ineffabili modo, qui ea dedisti rebus a te creatis suo sensibili modo; sed obrigerunt, sed obstupuerunt, sed obstructi sunt sensus animæ meæ vetusto languore peccati.

## CAPÍTULO XVII

*Que en Dios está la armonía, el olor, el sabor, la dulzura, la belleza, de un modo inefable que le es propio.*

Aún te ocultas a mi alma, Señor, en tu luz y tu beatitud, y por eso aún se debate ella en sus tinieblas y su miseria. Pues mira a su alrededor y no ve tu belleza. Escucha, y no oye tu armonía. Huele, y no percibe tu olor. Gusta, y no conoce tu sabor. Palpa, y no siente tu dulzura. Tú tienes en ti, en efecto, Señor Dios, de un modo inefable que te es propio, todo esto que diste, de un modo sensible que les es particular, a las cosas por ti creadas. Pero los sentidos de mi alma están entorpecidos, dormidos, obstruídos por la vetusta enfermedad del pecado.

## CAPUT XVIII

*Quod in Deo, nec in æternitate ejus, quæ ipse est, nullæ sint partes.*

Et iterum ecce turbatio, ecce iterum obviat mœror et luctus quærenti gaudium et lætitiam. Sperabat jam anima mea satietatem, et ecce iterum obruitur egestate. Affectabam jam comedere, et ecce magis cepi esurire. Conabar assurgere ad lucem Dei, et recidi in tenebras meas; imo non modo cecidi in eas, sed sentio me involutum in eis. Ante cecidi quam conciperet me mater mea. Certe in illis conceptus sum, et cum earum obvolutione natus sum. Olim in illo certe omnes cecidimus, in quo omnes peccavimus. In illo omnes perdidimus, qui facile tenebat, et male sibi et nobis perdidit, quod cum volumus quærere nescimus, cum quærimus non invenimus, cum invenimus non est quod quærimus. Adjuva me propter bonitatem tuam, Domine. *Quæsivi vultum tuum, vultum tuum, Domine, requiram, ne avertas faciem tuam a me.* Releva me de me ad te. Munda, sana, acue, illumina oculum mentis meæ, ut intueatur te. Reco-l ligat vires suas anima mea, et toto intellectu iterum intendat ad te, Domine. Quid es, Domine, quid es? quid te intelliget cor meum? Certe, vita es, sapientia es, veritas es, bonitas es, beatitudo es, æternitas es, et omne verum bonum es. Multa sunt hæc; non potest angustus intellectus meus tot uno intuitu simul videre, ut omnibus simul delectetur. Quomodo ergo, Domine, es omnia hæc? An sunt partes tui, an potius unumquodque horum est totum quod es? Nam quidquid partibus est junctum non est omnino unum sed quodammodo plura et diversum a seipso, et vel actu vel

## CAPÍTULO XVIII

*Que no existen partes ni en Dios ni en su eternidad, que es Él mismo.*

Y he aquí, otra vez más, la confusión, he aquí, otra vez más, la pesadumbre y el dolor para el que busca el gozo y la alegría. Mi alma esperaba ya la saciedad y he aquí que la indigencia la abate otra vez más. Creía ya poder comer y he aquí que he comenzado a sentir el hambre más intensamente. Intentaba elevarme hasta la luz de Dios y volví a caer en mis tinieblas; antes bien, no sólo caí en ellas, sino que me siento en ellas envuelto. En ellas caí antes de que mi madre me concibiera. En verdad, en ellas fuí concebido y con la envoltura de ellas nací. Pues todos caímos antaño en aquél en que todos pecamos. Todos nos perdimos en aquél que fácilmente poseía y de un modo miserable para sí mismo y para nosotros perdió aquello que cuando queremos buscar, no sabemos hacerlo; y cuando buscamos, no lo encontramos; cuando encontramos, no es lo que buscamos. Ayúdame, Señor, por tu bondad. *Busqué tu rostro, el rostro tuyo, Señor, buscaré; No escondas tu faz de mí* <sup>(1)</sup>. Elévame de mí hacia ti. Purifica, sana, agudiza, ilumina el ojo de mi espíritu para que pueda verte. Que mi alma recoja sus fuerzas y otra vez más, con toda su inteligencia tienda hacia ti, Señor. ¿Qué eres, Señor, qué eres? ¿Cómo te entenderá mi corazón? Eres en verdad la vida, eres la sabiduría, eres la verdad, eres la bondad, eres la beatitud, eres la eternidad, y todo bien verdadero eres tú. Éstas son muchas cosas: mi estrecha inteligencia no puede ver tantas cosas a la vez de una sola mirada, para deleitarse de una vez con todas. ¿Cómo pues, Señor, eres todas estas cosas? ¿Acaso son parte de ti o más bien cada una de ellas es todo lo que tú eres? Pues cualquier cosa que está formada por partes no es absolutamente una sola cosa sino, en cier-

(1) *Salmo, XXVI, 8.*

intellectu dissolvi potest; quæ aliena sunt a te quo nihil melius cogitari potest.

Nullæ igitur partes sunt in te, Domine, nec es plura, sed sic es unum quoddam et idem ipsum, ut in nullo tibi ipsis dissimilis; imo tu es ipsa unitas, nullo intellectu divisibilis. Ergo vita et sapientia et reliqua non sunt partes tui, sed omnia sunt unum, et unumquodque horum est totum quod es et quod sunt reliqua omnia. Quomodo ergo nec tu habes partes, nec tua æternitas, quæ tu es, nusquam et numquam est pars tua aut æternitatis tuæ, sed ubique totus es, et æternitas tua tota est semper.

to modo, muchas cosas y distinta de sí misma y sea en la realidad, sea en la inteligencia, puede ser dividida; lo que es extraño a ti, que eres tal que nada mejor puede pensarse.

Por consiguiente, no existen partes en ti, Señor, ni eres muchas cosas, pero eres de tal manera una sola cosa e idéntico a ti mismo, que en nada eres distinto de ti mismo; antes bien, tú eres la unidad misma, que ningún intelecto puede dividir. Luego la vida y la sabiduría, y las restantes cosas no son partes de ti, sino que todas son una sola cosa y cada una de ellas es todo lo que eres y lo que son todas las restantes. Como por consiguiente, ni tú tienes partes, ni tu eternidad, que eres tú, las tiene, en ningún lugar ni nunca hay una parte tuya o de tu eternidad, sino que todo entero estás en todas partes y tu eternidad existe siempre toda entera.

## CAPUT XIX

*Quod non sit in loco aut tempore, sed omnia sint in illo.*

Sed si per æternitatem tuam fuisti et es et eris, et fuisse non est esse vel futurum esse, et esse non est fuisse vel futurum esse, et futurum esse non est fuisse vel esse, quomodo æternitas tua tota est semper? An de æternitate tua nihil præterit, ut jam non sit, nec aliquid futurum est, quasi nondum sit? Non ergo fuisti heri aut eris cras; sed heri et hodie et cras es; imo non heri nec hodie nec cras es, sed simpliciter extra omne es tempus. Nam nihil aliud est heri et hodie et cras quam in tempore; tu autem, licet nihil sit sine te, non es tamen in loco aut tempore, sed omnia sunt in te, nihil enim te continet, sed tu contines omnia.

## CAPÍTULO XIX

*Que no está en el lugar o el tiempo, sino que todas las cosas están en Él*

Pero si por tu eternidad has sido, eres, y serás; y haber sido no es ser o haber de ser, y ser no es haber sido o haber de ser, y haber de ser no es haber sido o ser, ¿cómo tu eternidad existe siempre toda entera? ¿O será que nada de tu eternidad pasa, de modo que ya no exista, y nada es futuro, como si aún no existiera? Por consiguiente, ni ayer has sido ni mañana serás; sino que ayer, y hoy y mañana eres; antes bien, ni ayer, ni hoy ni mañana eres, sino que simplemente eres fuera de todo tiempo. Pues ayer y hoy y mañana no es otra cosa que en el tiempo; pero tú, bien que nada pueda existir sin ti, no existes sin embargo en lugar o en tiempo, sino que todas las cosas están en ti; porque nada te contiene, pero tú contienes todas las cosas.

## CAPUT XX

*Quod sit ante et ultra omnia etiam æterna.*

Tu ergo imples et complecteris omnia, tu es ante et ultra omnia. Et quidem ante omnia es, quia, antequam fierent, tu es. Ultra omnia vero quomodo es? Qualiter enim es ultra ea quæ finem non habebunt? An quia illa sine te nullatenus esse possunt; tu autem nullo modo minus es, etiamsi illa redeant in nihilum? Sic enim quodammodo es ultra illa. An etiam, quia illa cogitari possunt habere finem, tu vero nequaquam? Nam sic illa quidem habent finem quodammodo, tu vero nullo modo. Et certe quod nullo modo habet finem, ultra illud est quod aliquo modo finitur. An hoc quoque modo transis omnia etiam æterna, quia tua et illorum æternitas tota tibi præsens est, cum illa nondum habeant de sua æternitate quod venturum est, sicut jam non habent quod præteritum est? Sic quippe semper es ultra illa, cum semper ibi sis præsens, seu cum illud semper sit tibi præsens, ad quod illa nondum pervenerunt.

## CAPÍTULO XX

*Que existe antes y después de todas las cosas, aun las eternas.*

Por consiguiente tú llenas y abarcas todas las cosas, tú estás antes y después de todas las cosas. Y en verdad, estás antes que todas las cosas porque existes antes de que se hagan. ¿Pero cómo estás después de todas las cosas? ¿Cómo puedes existir, en efecto, después de aquéllas que no tendrán fin? ¿Acaso porque ellas no pueden existir de ninguna manera sin ti, en cambio tú de ninguna manera eres menos, aunque ellas vuelvan a la nada? Y así en efecto en un cierto sentido estás después de ellas. ¿O también porque ellas pueden pensarse como teniendo un fin, pero tú de ningún modo? Pues así ellas tienen en cierta manera un fin, pero tú de ninguna manera. Y en verdad lo que de ninguna manera tiene fin, está más allá de lo que de alguna manera finaliza. ¿O también sobrepasas todas las cosas aún las eternas porque tienes presente toda entera tu eternidad y la de ellas, en tanto que ellas no tienen aún lo que de su eternidad ha de venir en el futuro, así como ya no tienen lo que ha pasado? Y así pues estás siempre más allá de ellas, dado que estás siempre presente ahí, o que siempre tienes presente ese punto, adonde ellas aún no han llegado.

## CAPUT XXI

*An hoc sit seculum seculi, sive secula seculorum.*

An ergo hoc est seculum seculi, sive secula seculorum? Sicut enim seculum temporum continet omnia temporalia, sic tua æternitas continet etiam ipsa secula temporum. Quæ seculum est quidem propter indivisibilem unitatem, secula vero propter interminabilem immensitatem. Et quamvis ita sis magnus, Domine, ut omnia sint te plena et sint in te, sic tamen es sine omni spatio, ut nec medium nec dimidium nec ulla pars sit in te.

## CAPÍTULO XXI

*De si es esto el siglo del siglo o los siglos de los siglos.*

¿Entonces es éste el siglo del siglo o los siglos de los siglos? Pues así como el siglo de los tiempos contiene todas las cosas temporales, así tu eternidad contiene aún los siglos mismos de los tiempos. La cual es el siglo a causa de su indivisible unidad, y también los siglos a causa de su interminable inmensidad. Y si bien eres a tal punto grande, Señor, que todas las cosas están llenas de ti y en ti están, eres sin embargo de tal modo carente de todo espacio que ni medio, ni mitad, ni ninguna parte hay en ti.

## CAPUT XXII

*Quod sit solus quod est et qui est.*

Tu solus ergo, Domine, es quod es, et tu es qui es. Nam quod aliud est in toto et aliud in partibus, et in quo aliquid est mutabile, non omnino est quod est. Et quod incepit a non esse, et potest cogitari non esse, et nisi per aliud subsistat redit in non esse, et quod habet fuisse quod jam non est, et futurum esse quod nondum est, id non est proprie et absolute. Tu vero es quod es, quia quidquid aliquando aut aliquo modo es, hoc totus et semper es. Et tu es qui proprie et simpliciter es, quia nec habes fuisse aut futurum esse, sed tantum præsens esse, nec potes cogitari aliquando non esse. Et vita es, et lux, et sapientia, et beatitudo, et æternitas, et multa hujusmodi bona; et tamen non es nisi unum et summum bonum, tu tibi omnino sufficiens, et nullo indigens, quo omnia indigent ut sint et ut bene sint.

## CAPÍTULO XXII

*Que Él sólo es lo que es y quien es.*

Tú solo pues, Señor, eres lo que eres y tú eres quien eres. Pues lo que es distinto en su todo que en sus partes y en lo que hay algo mutable, no es absolutamente aquello que es. Y lo que empezó del no ser y puede pensarse como inexistente y a no ser que por otro subsista, vuelve al no ser; y lo que tiene un haber sido que ya no existe y un futuro que todavía no es, no existe de un modo propio y absoluto. Pero tú eres lo que eres, porque cuanto alguna vez o de algún modo eres, enteramente y siempre lo eres. Y tú eres quien propiamente y simplemente eres porque ni tienes pasado o futuro, sino tan sólo como presente existes y no puedes ser pensado como inexistente en algún momento. Y eres la vida, y la luz y la sabiduría, y la beatitud y la eternidad y muchos bienes de esta clase, y con todo no eres sino un solo y supremo bien, que te satisface del todo a ti mismo y de nadie precisas, y de quien todas las cosas precisan para su existencia y bienestar.

## CAPUT XXIII

*Quod hoc bonum sit pariter Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et hoc sit unum necessarium, quod est omne et totum et solum bonum.*

Hoc bonum es, tu, Deus Pater; hoc est Verbum tuum, id est, Filius tuus. Etenim non potest aliud quam quod es, aut aliquid majus vel minus te esse in Verbo quo te ipsum dicis, quoniam Verbum tuum sic est verum, quomodo tu verax; et idcirco est ipsa veritas, sicut tua, non alia quam tu; et sic es tu simplex, ut de te non possit nasci aliud quam quod tu es. Hoc ipsum est Amor unus et communis tibi et Filio tuo, id est, Sanctus Spiritus ab utroque procedens. Nam idem amor non est impar tibi aut Filio tuo, quia tantum amas te et illum, et ille te et seipsum, quantus es tu et ille; nec est aliud a te et ab illo, quod dispar non sit tibi et illi; nec de summa simplicitate potest procedere aliud quam quod est de quo procedit. Quod autem est singulus quisque, hoc est tota Trinitas simul, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, quoniam singulus quisque non est aliud quam summe simplex unitas et summe una simplicitas, quæ nec multiplicari, nec aliud et aliud esse potest. Porro unum est necessarium. Porro hoc est illud unum necessarium, in quo est omne bonum, imo quod est omne et unum et totum et solum bonum.

## CAPÍTULO XXIII

*Que este bien es a la vez el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo, y es el único necesario, que es todo bien y el bien entero y el solo bien.*

Este bien eres tú, Dios Padre; éste es tu Verbo, es decir, tu Hijo. En efecto, otra cosa que lo que tú eres, o algo mayor o menor que tú, no puede haber en el Verbo con el cual a ti mismo te hablas, puesto que tu Verbo es verdadero así como tú eres veraz; y por lo tanto es la verdad misma, así como tú, y no de otro modo que tú. Y tú eres de tal modo simple que de ti no puede nacer otra cosa que lo que tú eres. Esto mismo es el Amor único y común a ti y a tu Hijo, vale decir el Santo Espíritu que de uno y otro procede. Pues este amor no es inferior a ti o a tu Hijo, porque te amas a ti mismo y a él, y él te ama a ti y a sí mismo con un amor tan grande cuanto lo eres tú y él; y no es distinto de ti y de él lo que no sea desigual a ti y a él; ni de la suprema simplicidad puede proceder otra cosa que no sea aquello de lo cual procede. Lo que es pues cada uno de por sí, esto también es toda la Trinidad a la vez, el Padre, y el Hijo y el Espíritu Santo, porque cada uno no es otra cosa que la sumamente simple unidad y la sumamente única simplicidad que no puede ni multiplicarse ni ser una cosa y otra distinta. Finalmente, no hay más que una sola cosa necesaria. Y por cierto esa única cosa necesaria es esto, en que reside todo bien, más aún, que es todo y único y entero y solo bien.

## CAPUT XXIV

*Conjectatio quale et quantum sit hoc bonum.*

Excita nunc, anima mea, et erige totum intellectum tuum, et cogita, quantum potes, quale et quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente quam delectabile sit illud bonum, quod continet jucunditatem omnium bonorum, et non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt creator a creatura. Si enim bona est vita creata, quam bona est vita creatrix? Si jucunda est salus facta, quam jucunda est salus quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum, quam amabilis est sapientia quæ omnia condidit ex nihilo? Denique, si multæ et magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis et quanta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia.

## CAPÍTULO XXIV

*Conjetura de cuál y cuán grande sea este bien.*

ser concebida como no existiendo nunca ni en ningún lugar, así como no existe en algún lugar o momento. Pues así como se entiende que ayer no existió, lo que no existía ayer y hoy existe, del mismo modo puede entenderse como no existiendo jamás; y así como no está aquí lo que no está aquí y está en otra parte, del mismo modo puede ser pensado como no estando en ningún lugar. Igualmente cuando algunas de las partes de un ser no están donde o cuando están las otras, todas las partes, y por lo tanto el ser entero puede pensarse como si nunca o en ningún lugar tuviera existencia. Pues aunque se diga que siempre hay tiempo y el mundo está en todas partes, sin embargo aquél no está todo entero siempre, y éste no está todo entero en todo lugar; y así como unas partes del tiempo no existen cuando existen otras, del mismo modo también pueden pensarse como no teniendo jamás existencia; y así como unas partes del mundo no están donde están otras, del mismo modo pueden ser concebidas no existiendo en ningún lugar. Pero también lo que está formado por partes, puede ser disuelto por el pensamiento y no existir. Por lo cual cualquier cosa que no existe enteramente en algún lugar o tiempo puede pensarse como inexistente, aunque exista. Pero si existe ese ente tal que nada mayor pueda concebirse, no puede pensarse como inexistente; de otra manera, si existe, no es tal que nada mayor pueda concebirse: lo cual es contradictorio. Por consiguiente, de ningún modo en algún lugar o alguna vez puede no existir por entero, sino que siempre y en todo lugar existe todo entero. ¿No piensas que ese ente del cual estas cosas entendemos puede ser hasta cierto punto pensado o entendido, o existir en el pensamiento o en la inteligencia? Pues si no puede, no podrían entenderse estas cosas sobre él. Porque si dices que lo que no se entiende perfectamente, no se entiende y no existe en la inteligencia, di también que quien no puede ver la purísima luz del sol no ve tampoco la luz del día, que no es sino la luz del sol. Hasta ahora, al menos se entiende y existe en la inteligencia un ente tal que nada mayor puede pensarse, pues que se entienden estas cosas acerca de él.

## CAPUT II

*Magis urgetur ratiocinatio præposita, et ostenditur id quo majus cogitari nequit cogitari posse, atque adeo etiam esse.*

Dixi itaque in argumentatione, quam reprehendis, quia cum insipiens audit proferri quo majus cogitari non potest, intelligit quod audit. Utique qui non intelligit, si nota lingua dicitur, aut nullum aut nimis obrutum habet intellectum. Deinde dixi quia si intelligitur, est in intellectu. An est in nullo intellectu quod necessario in rei veritate esse monstratum est?

Sed dicis, quia et si est in intellectu, non tamen consequuntur intelligitur. Vide, quia consequitur esse in intellectu, ex eo quia intelligitur. Sicut enim quod cogitatur cogitatione cogitatur, et quod cogitatione cogitatur, sicut cogitatur sic est in cogitatione, ita quod intelligitur intellectu intelligitur, et quod intellectu intelligitur, sicut intelligitur sic est in intellectu. Quid hoc planius?

Postea dixi, quia si est vel in solo intellectu, potest cogitari esse et in re, quod majus est. Si ergo in intellectu solo est, id ipsum, scilicet, quo majus non potest cogitari, est quo majus cogitari potest: rogo quid consequentius? An enim, si est vel in solo intellectu, non potest cogitari esse et in re? Aut si potest, nonne qui hoc cogitat aliquid cogitat majus eo, si est in solo intellectu? Quid ergo consequentius quam, si quo majus cogitari nequit est in solo intellectu, idem esse quo majus cogitari possit?

Sed utique, quo majus cogitari potest, in nullo intellectu

## CAPÍTULO II

*Se analiza más detalladamente el razonamiento anterior y se muestra que ese ente tal del que nada mayor puede concebirse puede pensarse, y más aún existir.*

He dicho pues en la demostración que tú criticas, que cuando el necio oye decir: “un ente tal que mayor no puede pensarse”, entiende lo que oye. Pues quien no lo entiende, si se dice en una lengua conocida, o no tiene inteligencia, o la tiene demasiado embotada. Luego dije que si se lo entiende, existe en la inteligencia. ¿O es que en ninguna inteligencia existe lo que se ha demostrado que necesariamente existe en la realidad?

Pero dices que si existe en la inteligencia, con todo no se deduce en consecuencia que se lo entienda. Mira que se deduce que existe en la inteligencia partiendo de que se entiende. Pues así como lo que se piensa, se piensa con el pensamiento, y lo que se piensa con el pensamiento está en el pensamiento tal como se piensa, del mismo modo lo que se entiende con la inteligencia, y lo que se entiende con la inteligencia está en la inteligencia tal como se entiende. ¿Qué más evidente que esto?

Después dije que si existe en la sola inteligencia, puede pensarse que también existe en la realidad, lo que es mayor. Pues si existe en la sola inteligencia, tan luego eso mismo que no admite concebir nada mayor es de tal naturaleza que algo mayor que él puede concebirse; yo pregunto ¿qué cosa más congruente? En efecto, si existe en la sola inteligencia ¿no puede pensarse que también en la realidad? Y si se puede, quien lo piensa ¿no piensa algo mayor que lo que existe en la sola inteligencia? ¿Qué cosa pues más congruente que si el ente tal que nada mayor puede concebirse existe en la sola inteligencia, este ente es de tal naturaleza que algo mayor que él pueda concebirse?

est quo majus cogitari non possit. An ergo non consequitur,  
quo majus cogitari nequit, si est in ullo intellectu, non esse  
in solo intellectu? Si enim est in solo intellectu, est quo  
majus cogitari potest; quod non convenit.

Pero ciertamente aquel del cual se puede concebir algo mayor no es en ninguna inteligencia aquel del cual no puede concebirse otro mayor. ¿No se sigue de esto en consecuencia que si existe en algún intelecto ese ente tal que nada mayor puede concebirse, no sólo en la inteligencia existe? Pues si está en sola la inteligencia, hay algo que se puede pensar mayor; lo cual es contradictorio.

### CAPUT III

*Ad instantiam adversarii: quod sequeretur insulam fictitiam esse re ipsa, quia cogitatur.*

Sed tale est, inquis, ac si aliquis insulam oceani omnes terras sua fertilitate vincentem, quæ difficultate, immo impossibilitate inveniendi quod non est, perdita nominatur, dicat idcirco non posse dubitari vere esse in re, quia verbis descriptam facile intelligit.

Fidens loquor, quia si quis invenerit mihi aliquid aut re ipsa aut sola cogitatione existens, præter quo majus cogitari non possit, cui aptare valeat connexionem hujus meæ argumentationis, inveniam et dabo illi perditam insulam amplius non perdendam.

Palam autem jam videtur, quo non valet cogitari majus, non posse cogitari non esse, quod tam certa ratione veritatis existit; aliter enim nullatenus existeret.

Denique, si quis dicit, se cogitare illud non esse; dico quia, cum hoc cogitat, aut cogitat aliquid quo majus cogitari non possit, aut non cogitat. Si non cogitat, non cogitat non esse quod non cogitat. Si vero cogitat, utique cogitat aliquid quod nec cogitari non esse possit. Si enim posset cogitari non esse, cogitari posset habere principium et finem; sed hoc non potest. Qui ergo illud cogitat, aliquid cogitat quod nec cogitari possit non esse; hoc vero qui cogitat, non cogitat idipsum non esse; alioquin cogitat quod cogitari non potest. Non igitur potest cogitari non esse quo majus cogitari nequit.

### CAPÍTULO III

*Respuesta a la instancia del adversario: que se seguiría la real existencia de la isla ficticia, porque se la piensa.*

Pero tú afirmas que esto es lo mismo que si alguien dijera que una isla del océano, superior a todas las tierras por su fertilidad, y a la que por la dificultad, mejor dicho la imposibilidad de encontrar lo que no existe, se la denominara perdida, tiene una existencia real e indubitable sólo porque cualquiera entiende fácilmente cuando se la describe con palabras.

Yo afirma confiado, que si alguien llegara a presentarme alguna cosa —excepto ese ente tal que nada mayor puede concebirse— que existiera sea de verdad, sea en el solo pensamiento, y a la cual pudiera aplicarse la concatenación de éste mi razonamiento, encontraré para él y le daré gustoso la isla perdida que ya no habrá de perderse.

Pero ya se ve manifiestamente que no puede pensarse que no exista ese ente tal que nada mayor puede concebirse pues que con tan segura razón de verdad existe; de otro modo, en efecto, de ninguna manera existiría.

Finalmente, si alguien dice que piensa que aquél no existe, yo le contesto que, cuando piensa esto, o piensa un ente tal que mayor no pueda concebirse, o no lo piensa. Si no lo piensa, no piensa que no existe lo que piensa. Pero si lo piensa, ciertamente piensa algo que ni puede concebirse que no exista. Pues si pudiera pensarse que no existe, podría pensarse que tiene principio y fin; pero esto no se puede. Luego quien lo piensa, piensa algo que ni concebirse puede que no exista. Quien lo piensa, pues, no piensa que este ente no exista; de otro modo pensaría lo que no puede pensarse. Por consiguiente, no puede pensarse que no existe ese ente tal que nada mayor puede concebirse.

## CAPUT IV

*Differentia inter posse cogitari et intelligi non esse.*

Quod autem dicens quia cum dicitur, quod summa res ista non esse nequeat cogitari, melius fortasse diceretur, quod non esse aut etiam posse non esse non possit intelligi, potius dicendum fuit, non possit cogitari. Si enim dixissem rem ipsam non posse intelligi non esse, fortasse tu ipse, qui dicens quia secundum proprietatem verbi istius falsa nequeunt intelligi, objiceres, nihil quod est posse intelligi non esse; falsum est enim non esse quod est; quare non esset proprium Deo non posse intelligi non esse. Quod si aliquid eorum quæ certissime sunt potest intelligi non esse, similiter et alia certa non esse posse intelligi. Sed hoc utique non potest objici de cogitatione, si bene consideretur. Nam etsi nulla quæ sunt possunt intelligi non esse, omnia tamen possunt cogitari non esse, præter id quod summe est.

Illa quippe omnia et sola possunt cogitari non esse, quæ initium aut finem aut partium habent conjunctionem et sicut jam dixi, quidquid alicubi aut aliquando totum non est. Illud vero solum non potest cogitari non esse in quo initium nec finem nec partium conjunctionem, et quod non nisi semper et ubique totum ulla invenit cogitatio.

Scito igitur, quia potes cogitare te non esse, quamdiu esse certissime scis; quod te miror dixisse nescire. Multa namque cogitamus non esse quæ scimus esse, et multa esse quæ non esse scimus, non existimando, sed fingendo ita esse, cogitamus.

Et quidem possumus cogitare aliquid non esse, quamdiu scimus esse, quia simul et illud possumus et istud scimus;

## CAPÍTULO IV

### *Diferencia entre poder pensarse y entenderse la inexistencia.*

En cuanto a lo que afirmas: que cuando se dice que no puede “pensarse” que no exista este ente supremo, quizá sería mejor decir que no puede “entenderse” que no exista o aun que pueda no existir, me parece preferible decir que no puede “pensarse”. En efecto, si dijera que no puede entenderse que no exista ese ser supremo, quizá tú mismo, que dices que según el sentido propio de esta palabra las cosas falsas no pueden entenderse, me objetarías que nada que tenga existencia puede entenderse como inexistente; puesto que es falso que no existe lo que existe; por lo cual no sería únicamente propio de Dios no poder ser entendido como inexistente. Y si alguna de las cosas que tienen indubitable existencia puede ser entendida como inexistente, igualmente puede entenderse que no existen las demás cosas ciertas. Pero esto, si bien se considera, no puede objetarse si hablamos de “pensamiento”. Pues aunque ninguna de las cosas existentes puede entenderse como inexistente, todas sin embargo pueden pensarse como tales, excepto ese ser supremo.

En efecto, todas aquellas cosas, y solamente ésas, que tienen principio, o fin, o conjunción de partes y, como ya dije, todo cuanto no existe enteramente en algún lugar o tiempo, pueden pensarse como inexistentes. Pero sólo aquél que no tiene principio ni fin, ni conjunción de partes y que el pensamiento no encuentra sino en todo lugar y siempre, no puede ser concebido como inexistente.

Sabe pues, que puedes pensar que tú no existes, aunque sepas con plena seguridad que existes, lo cual me admiro que hayas dicho ignorar. Puesto que pensamos que no existen muchas cosas que sabemos que existen, y pensamos que existen muchas otras que sabemos que no existen, no creyéndolo, pero fingiendo que así es.

et non possumus cogitare non esse quamdiu scimus esse, quia non possumus cogitare esse simul et non esse. Si quis igitur sic distinguat hujus prolationis has duas sententias, intellicet, nihil, quamdiu esse scitur posse cogitari non esse, et quidquid est, præter id quo majus cogitari nequit, etiam cum scitur esse posse cogitari non esse.

Sic igitur et proprium est Deo non posse non esse cogitari, et tamen multa non possunt cogitari, quamdiu sunt, non esse.

Quod tamen dicatur cogitari Deus non esse, in isto libello puto sufficienter esse dictum.

Y en verdad podemos pensar que algo no existe, bien que sepamos que existe, porque a un mismo tiempo podemos eso y sabemos esto; y con todo, no podemos pensar que no existe si sabemos que existe, porque no podemos pensar a la vez que existe y no existe. Quien distinga, pues, así los dos sentidos de esta aserción, entenderá que nada, en tanto se sabe que existe, puede ser pensado como inexistente, y que cualquier cosa que existe, excepto el ente que no admite concebir otro mayor, puede pensarse como inexistente, aun cuando se sepa que existe.

Así entonces, es propio de Dios no poder ser pensado como inexistente, y sin embargo muchas cosas no pueden pensarse como inexistentes, en tanto se sabe que existen.

En cuanto que, sin embargo, pueda decirse que se piensa que Dios no existe, creo haber tratado suficientemente dicho punto en este opúsculo.

## CAPUT V

*Specialis discussio variorum adversarii dictorum, ac primo quidem quod initio infideliter retulerit ratiocinationem quam refellendam suscepit.*

Qualia vero sint et alia quæ mihi objicis pro insipiente, facile est deprehendere vel parum sapienti, et ideo id ostendere supersedendum existimaveram. Sed quoniam audio quibusdam ea legentibus aliquid contra me valere videri, paucis de illis commemorabo.

Primum, quod sæpe repetis me dicere, quia quod est majus omnibus est in intellectu, et si est in intellectu, est et in re; aliter enim omnibus majus non esset omnibus majus. Nusquam in omnibus dictis meis invenitur talis probatio. Non enim idem valet, quod dicitur majus omnibus et quo majus cogitari nequit ad probandum quia est in re quod dicitur. Si quis enim dicat, quo majus cogitari non possit non esse aliquid in re, aut posse non esse, aut vel non esse posse cogitari, facile refelli potest. Nam quod non est potest non esse, et quod non esse potest cogitari potest non esse. Quidquid autem cogitari potest non esse, si est, non est quo majus cogitari non possit; quod si non est, utique si esset, non esset quo majus non possit cogitari. Sed dici non potest: quia quo majus non possit cogitari, si est, non est quo majus cogitari non possit, aut si esset, non esset quo non possit cogitari majus. Patet ergo, quia nec non est, nec potest non esse, aut cogitari non esse. Alter enim, non est quod dicitur, et si esset, non esset.

## CAPÍTULO V

*Discusión especial sobre diversas afirmaciones del adversario  
y por empezar, que al comienzo ha reproducido con  
infidelidad el razonamiento que intenta refutar.*

Aun a alguien que sepa poco le resultaría fácil refutar todas las otras razones que me objetas en nombre del necio, y por lo tanto consideré que podía ahorrarme la demostración. Pero puesto que oigo decir que a muchos lectores les parece que tienen alguna fuerza contra mí, me referiré a ellas en pocas palabras.

Primero, repites a menudo que yo digo que el ente mayor de todos existe en la inteligencia, y si existe en la inteligencia, también existe en la realidad, pues de otro modo el mayor de todos no sería el mayor de todos. Pero en ningún lugar de cuanto he escrito puede encontrarse argumento tal. Pues que no vale lo mismo decir “el mayor de todos” y “tal que mayor no puede pensarse” para probar que de veras existe lo que se dice. En efecto, si alguien dijera que ese ente tal que nada mayor puede concebirse no es una cosa real, o puede no serlo, o hasta que puede pensarse que no existe, fácilmente puede refutársele. Pues lo que no existe, puede no existir; y lo que puede no existir, puede pensarse como inexistente. Cualquier cosa empero que puede pensarse que no existe, si existe, no es tal que nada mayor pueda concebirse; y si no existe, ciertamente aunque existiera, no sería tal que nada mayor pueda concebirse. Pero no puede decirse que ese ente tal que nada mayor puede concebirse, si existe, no es tal que nada mayor pueda concebirse; o si existiera, no sería tal que nada mayor pueda concebirse. Por lo tanto es bien claro que ni es inexistente, ni puede no existir, o pensarse que no existe. De otra manera, pues, si existe, no es lo que se dice, y si existiera, no lo sería.

Hoc autem non tam facile probari posse videtur de eo quod majus dicitur omnibus. Non enim ita patet, quia quod non esse cogitari potest, non est majus omnibus quæ sunt, sicut quia non est quo majus cogitari non possit; nec sic est indubitable, quia si est aliquid majus omnibus, non est aliud, quam quo majus non possit cogitari, aut si esset, non esset similiter aliquid, quomodo certum est de eo quod dicitur quo majus cogitari nequit. Quid enim, si quis dicat esse aliquid majus omnibus quæ sunt, et id ipsum tamen posse cogitari non esse, et aliquid majus eo, etiamsi non sit, posse tamen cogitari; an hic sic aperte inferri potest: non est ergo majus omnibus quae sunt, sicut ubi apertissime dicetur: ergo non est quo majus cogitari nequit? Illud namque alio indiget argumento quam hoc quod dicitur omnibus majus; in isto vero non est opus alio, quam hoc ipso quod sonat: quo majus cogitari non possit.

Ergo si non similiter potest probari de eo quod majus omnibus dicitur, quod de se per seipsum probat quo majus nequit cogitari, injuste me reprehendisti dixisse quod non dixi, cum tantum differat ab eo quod dixi. Si vero vel post aliud argumentum potest, nec sic me debuisti reprehendere dixisse quod probari potest. Utrum autem possit, facile pendit qui hoc posse, quo majus cogitari nequit, cognoscit; nullatenus enim potest intelligi quo majus cogitari non possit, nisi id quod solum omnibus est majus.

Sicut ergo quo majus cogitari nequit intelligitur et est in intellectu, et ideo esse in rei veritate asseritur, sic quod majus dicitur omnibus intelligi et esse in intellectu et idcirco re ipsa esse ex necessitate concluditur.

Pero esto no parece poder probarse con tanta facilidad acerca de ese ente denominado el mayor de todos. En efecto, no es tan evidente que lo que puede pensarse que no existe no sea el ente mayor de todos cuantos existen, así como [aparece muy claro] que no es aquél que nada mayor pueda concebirse; y no es tan indubitable que si hay algo mayor que todas las cosas, no sea distinto que aquél que nada mayor puede concebirse, o que si hubiese, no habría otra cosa semejante, así como ello es seguro del ente que se dice es tal, que nada mayor pueda concebirse. Pues si alguno dijera que hay algo mayor que todas las cosas que existen y que, sin embargo, esto mismo puede pensarse como inexistente, y que algo mayor que eso, aunque no exista, puede no obstante concebirse, ¿puede inferirse aquí: “no es pues el ente mayor de cuantos existen” de modo tan claro como donde se dijera muy manifiestamente: “luego, no es tal que nada mayor pueda concebirse”? En efecto: el primero necesita de otro argumento que no sea el simple decir *el ente mayor de todos*, pero el segundo no precisa de ninguna otra cosa que del enunciado mismo: *un ente tal que nada mayor puede concebirse*.

Luego, si no puede probarse con respecto al que se denomina el ente mayor de todos lo mismo que prueba de sí y por sí mismo aquél que nada mayor puede concebirse, injustamente me has censurado haber dicho lo que yo no dije, siendo que tanto difiere de lo que dije. Pero si, aunque sea desde otro argumento, puede probarse, no debiste censurarme así por haber dicho lo que puede probarse. Por otra parte, si se puede, fácilmente lo discrimina quien conoce que “el ente aquel que nada mayor puede concebirse” puede hacerlo; en efecto, un ente tal que nada mayor puede concebirse no puede entenderse a no ser solamente como el mayor de todos.

Y así entonces, como se entiende y existe en la inteligencia un ente tal que nada mayor puede concebirse, y por lo tanto se afirma que existe de verdad, del mismo

Vides ergo, quam recte me comparasti stulto illi, qui hoc solo, quod descripta intelligeretur, perditam insulam esse, vellet asserere.

modo se deduce que el ente llamado “el mayor de todos” se entiende y existe en la inteligencia, y por lo tanto existe necesariamente de verdad.

Tú ves entonces, cuán atinadamente me comparaste a ese tonto que pretendiera asegurar la existencia de una isla perdida sólo porque se la entendiera al describirla.

## CAPUT VI

*Discutitur dictum adversarii N<sup>o</sup> II et V, quod quælibet falsa similiter possent intelligi, atque adeo essent.*

Quod autem objicis, quælibet falsa vel dubia similiter posse intelligi et esse in intellectu, quemadmodum illud quod dicebam, miror quod hic sensisti contra me dubium probare volentem, cui primum hoc sat erat, ut quolibet modo illud intelligi et esse in intellectu ostenderem, quatenus consequenter consideraretur, utrum esset in solo intellectu velut falsa, an et re ut vera. Nam si falsa et dubia hoc modo intelliguntur et sunt in intellectu, quia, cum dicuntur, audiens intelligit quid dicens significet, nihil prohibet quod dixi intelligi et esse in intellectu.

Quomodo autem sibi convenient quod dicis, quia falsa dicente aliquo quæcumque ille diceret intelligeres, et quia illud, quod non eo modo quo etiam falsa habentur in cogitatione, non diceris auditum cogitare aut in cogitatione habere, sed intelligere et in intellectu habere, quia scilicet non posses hoc aliter cogitare nisi intelligendo, id est, scientia comprehendendo re ipsa illud existere? Quomodo, inquam, convenient, et falsa intelligi, et intelligere esse scientia comprehendere existere aliquid? Nihil ad ame, tu videris.

Quod si et falsa aliquo modo intelliguntur, et non omnis sed cuiusdam intellectus est hæc definitio, non debui reprehendi quia dixi quo majus cogitari non possit intelligi et intellectu esse, etiam antequam certum esset re ipsa illud existere.

## CAPÍTULO VI

*Se discute lo que dice el adversario en los números II y I<sup>v</sup> que cualesquiera cosas falsas podrían ser igualmente entendidas y que, por lo tanto, existirían.*

En cuanto a lo que objetas: que cualesquiera cosas falsas o dudosas pueden igualmente ser entendidas y estar en la inteligencia del mismo modo que lo que yo decía, me admiro de que así hayas objetado en contra de mí, que quería probar una cosa dudosa y a quien en principio le bastaba con demostrar de cualquier modo que eso era entendido y que existía en la inteligencia, hasta tanto se considerara consiguentemente si existe sólo en la inteligencia, como las cosas falsas, o también en la realidad, como las verdaderas. Pues si las cosas falsas y dudosas son entendidas de este modo y existen en la inteligencia porque, cuando se las dice, el oyente entiende qué quiere significar quien habla, nada impide que lo que yo dije sea entendido y exista en la inteligencia.

¿Pero cómo pueden convenir entre sí tus palabras, cuando afirmas que al decir alguien cosas falsas, entiendes cuan-  
to él dice y que porque esto no se tiene en el pensamiento del mismo modo con que esas cosas falsas, no dirás que piensas, o tienes en el pensamiento lo que has oído, sino que lo entiendes y lo tienes en la inteligencia ya que tan luego no puedes pensar en esto sino entendiéndolo, vale decir, aprehendiendo mediante la inteligencia que existe de veras? ¿De qué modo, te pregunto, pueden convenir entre sí estas dos cosas; por un lado, que las cosas falsas se entiendan, y por otro lado, que entender es aprehender mediante la inteligencia que algo existe? Nada de esto me corresponde a mí, tú verás.

Y si también las cosas falsas se entienden de alguna manera y esta definición no es de todas, sino de ciertas inteligencias, no debí ser censurado porque dije que un ente tal que nada mayor puede pensarse se entiende y existe en la inteligencia, aun antes de que fuera seguro que existía también en la realidad.

## CAPUT VII

*Contra dictum aliud adversarii (ibid.) nempe quod summum magnum &que possit concipi non esse ac Deus ab insipiente concipitur.*

Deinde, quod dicens, vix umquam posse esse credibile, cum dictum et auditum fuerit, istud non eo modo posse cogitari non esse, quo etiam potest cogitari non esse Deus. Respondeant pro me, qui vel parvam scientiam disputandi argumentandique attigerunt.

An enim rationabile est, ut idcirco neget aliquis quod intelligit, quia esse dicitur id quod ideo negat quia non intelligit? Aut si aliquando negatur quod aliquatenus intelligitur, et idem est illi quod nullatenus intelligitur, nonne facilius probatur quod dubium est, de illo quod in aliquo quam de eo quod in nullo est intellectu? Quare nec credibile potest esse, idcirco quemlibet negare quo majus cogitari nequit, quod auditum aliquatenus intelligit, quia negat Deum, cuius sensum nullo modo cogitat. Aut si et illud quia non omnino intelligitur negatur, nonne tamen facilius id quod aliquo modo quam id quod nullo modo intelligitur probatur?

Non ergo irrationabiliter contra insipientem ad probandum Deum esse attuli quo majus cogitari non possit; cum illud nullo modo, istud aliquo modo intelligeret.

## CAPÍTULO VII

*Contra otra afirmación del adversario (en ese mismo pasaje), a saber: que el ente supremamente grande puede ser concebido como inexistente, del mismo modo que Dios es concebido por el necio como no existente.*

Luego, por lo que se refiere a tu objeción, “que apenas puede ser jamás creíble que en cuanto se dice y oye este enunciado sea imposible pensar que un ente tal no exista, del mismo modo con que hasta puede pensarse que Dios no existe”: que respondan por mí quienes han adquirido aunque sea parvamente la ciencia de discutir y argumentar. ¡Es razonable, en efecto, que alguien niegue lo que entiende porque se diga que es aquello que él niega porque no entiende! O si alguna vez se niega lo que de algún modo se entiende, y es igual a aquello que de ningún modo se entiende, ¡no se prueba más fácilmente una cosa dudosa de lo que está en alguna inteligencia que de lo que no está en ninguna! Por lo cual tampoco puede ser creíble que alguien niegue al ente tal que nada mayor puede concebirse, y que de algún modo entiende cuando se lo enuncia, porque niega a Dios cuyo significado de ningún modo piensa. O si también eso se niega, porque no se entiende del todo ¡no se prueba sin embargo lo que es entendido de alguna manera con más facilidad que lo que de ninguna se entiende?

Por lo tanto no sin razón presenté contra el necio el argumento de “algo tal que nada mayor pueda concebirse” para probar la existencia de Dios, puesto que en cierto modo esto lo entiende, pero a Dios de ningún modo.

## CAPUT VIII

*Comparatio picturæ N. III proposita examinatur. Et unde conjici queat summum magnum, de quo adversarius N. IV quaesierat.*

Quod vero tam studiose probas, quo majus cogitari nequit non tale esse qualis nondum facta pictura in intellectu pictoris, sine causa fit. Non enim ad hoc protuli picturam præcogitatam, ut tale illud, de quo agebatur, vellem asserere; sed tantum, ut aliquid esse in intellectu quod non in re esse intelligeretur possem ostendere.

Item, quod quo majus cogitari nequit, secundum rem vel ex genere tibi vel ex specie notam dicis te cogitare auditum vel in intellectu habere non posse, quoniam ipsam rem non nosti, nec eam ex alia simili potes conjicere, palam est rem aliter sese habere. Quoniam namque omne minus bonum in tantum est simile majori bono in quantum est bonum, patet cuilibet rationabili menti, quia de bonis minoribus ad majaora concendendo, ex his quibus aliquid majus cogitari potest multum possumus conjicere illud quo nihil potest majus cogitari. Quis enim, verbi gratia, vel hoc cogitare non potest, etiamsi non credit in re esse quod cogitat, scilicet, si bonum est aliquid quod initium et finem habet, multo melius esse bonum quod, licet incipiat, non tamen desinit; et sicut istud illo melius est, ita isto melius esse illud quod nec finem habet nec initium, etiamsi semper de præterito per præsens transeat ad futurum; et sive sit in re aliquid hujusmondi sive non sit, valde tamen eo melius esse id quod nullo modo indiget vel cogitur mutari vel moveri? An hoc cogitari non potest? Aut aliquid hoc majus

## CAPÍTULO VIII

*Se examina la comparación de la pintura presentada en el N° III y de dónde pueda conjeturarse el ser supremamente grande, sobre el cual indagara el adversario en el N° IV*

En cuanto a lo que pruebas con tanto celo, que el ente tal que nada mayor puede concebirse no es como la pintura aún no hecha en la inteligencia del pintor, sin motivo te empeñas. Puesto que yo no presenté la comparación de la pintura preconcebida porque quisiera asegurar que el ente del cual se trataba fuera algo semejante, sino únicamente para poder mostrar cómo en la inteligencia puede existir algo cuya inexistencia real se entiende. Igualmente, por lo que se refiere a tu afirmación de que no puedes pensar su enunciación sin tener en la inteligencia ese ente tal que nada mayor puede concebirse, según una cosa que te sea conocida ya por su género, ya por su especie, porque no conoces la cosa misma ni puedes conjeturarla de otra semejante, abiertamente se manifiesta que las cosas se dan de modo muy distinto. Porque, ya que todo bien menor es semejante a un bien mayor en cuanto es un bien, es evidente para toda mente racional que ascendiendo de los bienes menores a los mayores, si partimos de los que admiten que algo mayor que ellos pueda concebirse podemos conjeturar mucho acerca de aquél que no admite que nada mayor que él pueda concebirse. ¡Pues quién, por ejemplo, no ha de poder pensar siquiera esto (aunque no crea que en la realidad exista lo que piensa), a saber, que si hay algún bien que tiene principio y fin, mucho mayor es el bien que, suponiendo que empiece, no termina sin embargo; y que así como este bien es mejor que aquél, del mismo modo es mejor que éste el que no tiene fin ni principio aunque siempre pase desde el pasado al futuro a través del presente; y sea que haya en la realidad algo así, sea que no lo haya, con todo, mucho mejor que ello es lo que de ningún modo precisa, o se ve obligado a cambiarse o

cogitari potest? Aut non est hoc ex his quibus majus cogitari valet conjicere id quo majus cogitari nequit? Est igitur, unde possit conjici quo majus cogitari nequeat.

Sic itaque facile refelli potest insipiens, qui sacram auctoritatem non recipit, si negat quo majus cogitari non valet ex aliis rebus conjici posse. At si quis catholicus hoc neget, meminerit quia *invisibilia Dei, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.*

moverse? ¿Acaso no puede concebirse? ¿O algo mayor aún puede pensarse? ¿O no es esto conjeturar ese ente tal que nada mayor pueda concebirse partiendo de los que admiten que se conciba algo mayor que ellos? Hay, por lo tanto, un punto de partida de donde puede conjeturarse el ser que no admite que ninguno mayor pueda concebirse.

Y así, pues, puede refutarse fácilmente al necio que no admite la autoridad sagrada cuando niega que, partiendo de otras cosas, pueda conjeturarse ese ente que nada mayor admite concebir. Pero si es un católico el que niega, debiera acordarse de que: *las cosas invisibles de Dios, también su eterna potencia y divinidad, se echan de ver desde la creación del mundo, siendo entendidas por las cosas que son hechas.* <sup>(1)</sup>

(1) *A los Romanos, I, 20.*

## CAPUT IX

*Summum magnum cogitari et intelligi posse; et roboratur ratio contra insipientem facta.*

Sed, et si verum esset non posse cogitari vel intelligi illud quo majus nequit cogitari, non tamen falsum esset, quo majus cogitari nequit cogitari posse et intelligi. Sicut enim nihil prohibet dici ineffabile, licet illud dici non possit quod ineffabile dicitur, et quemadmodum potest cogitari noncogitabile, quamvis illud cogitari non possit cui convenit non-cogitable dici, ita cum dicitur quo nihil majus valet cogitari, procul dubio quod auditur cogitari et intelligi potest, etiamsi res illa cogitari non valeat aut intelligi, qua majus cogitari nequit. Nam etsi quisquam est tam insipiens, ut dicat non esse aliquid quo majus non possit cogitari, non tamen ita erit impudens, ut dicat se non posse intelligere aut cogitare quid dicat; aut si quis talis invenitur, non modo sermo ejus est respuendus, sed et ipse conspuendus.

Quisquis igitur negat, aliquid esse quo majus nequeat cogitari, utique intelligit et cogitat negationem quam facit, quam negationem intelligere aut cogitare non potest sine partibus ejus; pars autem ejus est quo majus cogitari non potest. Quicumque igitur hoc negat, intelligit et cogitat quo majus cogitari nequit.

Palam autem est, quia similiter potest cogitari et intelligi quod non potest non esse; majus vero cogitat qui hoc cogitat, quam qui cogitat quod possit non esse. Cum ergo cogitatur quo majus non possit cogitari, si cogitatur quod

## CAPÍTULO IX

*Que puede concebirse y entenderse el ente supremamente grande; y se refuerza el razonamiento hecho en oposición al necio.*

Pero, aun si fuera verdad que no puede concebirse o entenderse ese ente tal que nada mayor puede concebirse, con todo, no sería falso que puede concebirse y entenderse un ente tal que nada mayor pueda concebirse y entenderse. Pues así como nada prohíbe que se diga “inefable”, bien que no pueda decirse lo que es inefable, y como puede concebirse lo “inconcebible” aunque no pueda concebirse aquéllo a lo que tal nombre corresponde, del mismo modo cuando se dice “el ente tal que nada mayor puede concebirse”, no hay duda de que puede concebirse y entenderse lo que se oye, aunque no sea posible concebir o entender el ente mismo del cual se dice que nada mayor puede concebirse. Pues aunque haya alguien tan necio que diga que no existe un ente tal que nada mayor puede concebirse, sin embargo no ha de ser a tal punto desvergonzado que afirme su imposibilidad de entender o concebir lo que diga; o si con un individuo así nos encontramos, no sólo se deben rechazar sus palabras, sino que él mismo debe ser despreciado.

Por consiguiente, cualquiera que niega que existe un ente tal que nada mayor puede concebirse, ciertamente entiende y piensa la negación que hace, negación que no puede entender o pensar sin sus partes (componentes); una parte, pues, es “un ente tal que nada mayor puede concebirse”. Por lo tanto, cualquiera que esto niega, entiende y concibe un ente tal que nada mayor puede pensarse.

Por otra parte, es evidente que del mismo modo puede pensarse y entenderse un ente que no puede existir;

possit non esse, non cogitatur quo non possit cogitari majus. Sed nequit idem simul cogitari et non cogitari. Quare qui cogitat quo majus non possit cogitari, non cogitat quod possit, sed quod non possit non esse. Quapropter necesse est esse quod cogitat, quia quidquid non esse potest non est quod cogitat.

y quien piensa esto piensa algo mayor que el que piensa una cosa que puede no existir. Por consiguiente, cuando se piensa en un ente que nada mayor pueda concebirse, si se piensa que podría no existir, no se piensa en el ente que no admite concebir nada mayor. Pero una misma cosa no puede pensarse y no pensarse al mismo tiempo. Por lo cual el que piensa un ente tal que nada mayor puede concebirse, no piensa algo que puede no existir, sino que no puede no existir. Y por esta razón necesariamente existe lo que piensa, porque cualquier cosa que puede no existir no es lo que piensa.

## CAPUT X

### *Firmitas rationis prædictæ, et libelli clausula.*

Puto, quia monstravi me non infirma, sed satis necessaria argumentatione probasse in præfato libello, re ipsa existere aliquid quo majus cogitari non possit, nec eam alicujus objectionis infirmari firmitate. Tantam enim vim hujus probationis in se continet significatio, ut hoc ipsum quod dicitur ex necessitate eo ipso quod intelligitur vel cogitatur, et re vera probetur existere, et idipsum esse quidquid de divina substantia oportet credere.

Credimus namque de divina substantia, quidquid absolute cogitari potest melius esse quam non esse. Verbi gratia, melius est esse æternum quam non æternum, bonum quam non bonum, imo bonitatem ipsam quam non ipsam bonitatem. Nihil autem hujusmondi non esse potest quo majus aliquid cogitari non potest. Necesse igitur est, quo majus cogitari non potest esse, quidquid de divina essentia credi oportet.

Gratias ago benignitati tuæ et in reprehensione et in laude opusculi mei. Cum enim ea quæ tibi digna susceptione videntur tanta laude extulisti, satis apparet quia quæ tibi infirma visa sunt, benevolentia non malevolentia reprehendisti.

## CAPÍTULO X

### *Seguridad del razonamiento precedente y conclusión del opúsculo.*

Pienso que demostré haber probado en el susodicho opúsculo no con argumentos débiles, sino con una argumentación suficientemente necesaria, que existe de veras un ente tal que nada mayor puede concebirse, y que esa argumentación no se ve debilitada por la fuerza de ninguna objeción. Puesto que el significado de esta prueba contiene tanta fuerza dentro de sí, que esto mismo que se dice, necesariamente por lo mismo que se entiende o se piensa, queda probado que existe de veras y que es cuanto corresponde creer acerca de la substancia divina.

Creemos, en efecto, acerca de la substancia divina cuanto, de un modo absoluto, puede pensarse que es mejor ser que no ser. Por ejemplo: es mejor ser eterno que no eterno, ser bueno que no bueno, y finalmente ser la bondad misma que no ser la bondad misma. Nada pues que sea así puede no ser ese ente que no admite concebir alguno mayor. Por consiguiente, es preciso que ese ente tal que ninguno mayor puede concebirse sea todo cuanto debe creerse de la esencia divina.

Agradezco tu benignidad tanto en la confutación como en la alabanza de mi opúsculo. Puesto que ya que con tan grande elogio ensalzaste las cosas que te parecen dignas de apoyo, se ve claramente censuraste por benevolencia y no por malevolencia las que te parecieron débiles.



## Í N D I C E

	Pág.
Prólogo . . . . .	7
Proslogion . . . . .	16
Pro insipiente . . . . .	90
Liber apologeticus . . . . .	102



**AUTORIDADES DE LA UNIVERSIDAD NACIONAL  
DE LA PLATA**

**RECTOR**

**DOCTOR JULIO M. LAFFITTE**

*Vice Rector*

**INGENIERO HÉCTOR CEPELLI**

*Secretario General*

**DOCTOR RICARDO ENRIQUE LA ROSA**

*Prosecretario General interino*

**SEÑOR VICTORIANO LUACES**

**CONSEJO UNIVERSITARIO**

*Consejeros*

Ingeniero Héctor Ceppi, doctor Juan F. Muñoz Drake, doctor Eugenio Mordeglia, ingeniero Arturo M. Guzmán, ingeniero César Ferri, ingeniero José M. Castiglione, doctor Guido Pacella, doctor Osvaldo A. Eckell, doctor Julio H. Lyonnet, doctor Hernán González, doctor Roberto Crespi Gherzi, ingeniero Martín Solari, doctor Roberto H. Marfany, profesor Arturo Cambours Ocampo, doctor Emiliano J. Mac Donagh y Capitán de Fragata (R) Guillermo O. Walbrecher.

# AUTORIDADES DE LA FACULTAD DE HUMANIDADES Y CIENCIAS DE LA EDUCACIÓN

*Decano*

Doctor ROBERTO H. MARFANY

*Vicedecano*

Profesor ARTURO CAMBOURS OCAMPO

*Secretario*

Profesor SECUNDINO NÉSTOR GARCÍA

*Prosecretario*

SEÑOR MARTÍN F. OJEDA

## CONSEJO DIRECTIVO

*Consejeros titulares*

Doctor Roberto H. Marfany.

Profesor Arturo Cambours Ocampo.

Cgo. Doctor Octavio N. Derisi.

Doctor Carlos A. Disandro.

Doctor Miguel D. Etchebarne.

Dr. Juan J. Hernández Arregui

Doctor Federico M. Ibarguren.

Profesor Juan F. de Lázaro.

Doctor Ítalo Argentino Luder.

Doctor Héctor A. Llambías.

Ing. Silvio Mangariello.

*Delegado estudiantil*

Señor Jorge Humberto Moreno.

# INSTITUTO DE FILOSOFIA

*Director*

CGO. DR. OCTAVIO NICOLÁS DERISI

*Secretario*

DR. JOSÉ MARÍA DE ESTRADA

*Auxiliar*

SR. JOSÉ BEZIC

## PUBLICACIONES DEL INSTITUTO Revista N° 1 (en prensa)

### SECCIÓN TEXTOS.

- I. *San Anselmo*: Proslogion
- II. *Longinos*: Tratado de lo Sublime (en preparación)

### SECCIÓN ENSAYOS.

- I. *Octavio N. Derisi*: La persona, su esencia, su vida, su mundo.

ESTE LIBRO SE TERMINÓ DE IMPRIMIR EL DÍA 27 DE DICIEMBRE DEL AÑO MIL NOVECIENTOS CUARENTA Y NUEVE EN LA IMPRENTA LÓPEZ, PERÚ 666, BUENOS AIRES, REPÚBLICA ARGENTINA.





